
32

A MOO O MET I. Flos consuetudo sollempnis dare fastis
nomen. ornatum priorum rome. terrenam curie clarita
tem. ut per annorum numerum decurrat gratia dignitatum.
et beneficiis principum sacrate memoria seculorum. Felix
a consule sumat annos auspicium. portaque dierum tali nomine
dicatum tempus introeat. faueatque reliquae parti fortuna prin
cipii. Quid enim uobis credi possit optacius. quam ut alumpnos
proprios ad ubera sua roma recolligat. et in uenerando nomi
nis cetu. senatum numeret gallicanum. Agnoscit curia trans
alpini sanguinis decus. que non semel coronam sua nobilitatis eius
flore uestiuit. Nouit inter reliquos fasces uiros inde sumere con
sulares. qui longo stemmate ducto per trabeas longe temporum ori
ginarii est honorum. Nam quis bonorum indolem nesciat esse felicem. qui
primis auspiciis hinc perdidit meritum quod ad patriam uisus est
festinare uirtutum. Bonum iudicium prosperitas est. cum libertate
puerilibus. nec passi sunt eum inglorium relinquere. qui ad honora
rem publicam meruit peruenire. Dignus plane largitatibus nostris.

secuta

Abb. 14: Leiden, Universitätsbibliothek, Vulc. 46 fol. 32r